Sumpturus cuius destillent uerba relatu
quae maciem monstrent pauperis ingenii
Carmina nulla cano nec me modo larte camenas
Mansurum dabitur pollicis ore sofus
Quidquid apollineo loquebamur pectine cessi
oblitus linguae quam mihi fila dabant
Rustica per teneras errat mihi dextera cordas
Confringunt dulces barbara plectra modos
A quotiens uitreis helicon mihi fluxit in herbis
Adridens labiis quae facit unda sitem
Quotiens hederis redimitus tempora dixi
Aonium mulcens carmine concilium.
Ad nunc per siluas inter spelea ferarum
Agrestem certus ducere militiam
Grandia per ualidos commendo semina sulcos.
Ut germen uitae destituant lolia
Lacteane mentem denudent uerba solutam
Et dictis mollis dicar & ingenio
Non mihi per campos discurrat lingua patentes
Mascula nec latius dicta feram grauibus
Nemea grandisono flammetur cor dacitur no
Et tumidos scribas moribus esse putet
Qui mihi tunc portus famam p&at undique lector
Sed stabilis pudor est si taceam proprius
Tu caelum teneas me certis linque quib&um
qui solum noui quod bene nil dedici;

ENNODIUS FAUSTO

Diu super aduentu amplitudinis uestrae ancipiti mens mea pependit indicio sed postquam me diuina misericordia ab huiusmodi anxi&ate laxauit statim ad officia consu&a me contuli. quamquam paginarum obsequia nec digresso ad longinqua subpraessserim. his ergo ualitudinem meam indicans aegritudine mani misero (re) quam de merore contraxi de luminum nostrorum salute sollicitor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0050